tequam vero colophonem imponam, verba venerabilis Domini Antonini de numo quodam Friderici II. ſcorteo ſubjiciam (vvv) *Deficiente pecunia Imperatori fieri fecit monetam de corio, inſignitam ſua imagine & ſubſcriptione, quam aureum valere edictum ponens in exercitu ſuo, quod quicunque præſentaret talem monetam theſaurario ſuo, acciperet pro ea monetam auream quæ dicitur Auguſtanus, ſculptura erat ex uno latere facies imperatoris ex alio aquila:* Hæc ſunt, Præceptor optime, quæ circa numum obſervavi. Suffenus mihi videor, quod coram peritiſſimo in hac arte Magiſtro ego, vix primas edoctus lineas, de numo diſſeram. Verum ſubmitto limatiſſimæ Tuæ cenſuræ, Vir Præcellentiſſime, rudem hanc opellam, ut corrigas, emendes, quæ e re videbuntur, & ex tuo cultu ornatiora ſunt mea ſtudia. Vale, Præceptor & Patrone obſervanter colende, & me amare meaque ſtudia fovere perge. Jenæ IX. ante Kl. April. Anni MDCCI.

(vvv) *tertia parte hiſtoriali fol. 45.6.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn331504375/16
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG